

vigiliis scilicet missis et orationibus quemadmodum earum fit benefactoribus perpetuo peragatur, volens nichilominus et statuens ut nec prepositus nec abbatissa nec magister curie ibidem dictam silvam seu proventus ejusdem suis usibus debeat quomodolibet applicare, sed quecunque dominarum dicti monasterii officium cellerarie pro tempore gesserit eandem silvam sub potestate sua libere habeat et proventus sine impedimento quolibet recipiat et de eisdem duas procuraciones dominabus annis singulis provideat et ministret, unam videlicet in anniversario prefati Heinrici, aliam quando sibi videbitur melius expedire. Nos quoque ut pie voluntatis propositum prenominati Heinrici debitum sortiatur effectum, sub pena excommunicationis firmiter inhibemus, ne quis prefatorum dicti monasterii, prepositus videlicet abbatissa vel magister curie, prefatam silvam vel proventus ejusdem sibi applicet vel usurpet, quam inquam sententiam excommunicationis in ipsos si contrarium fecerint ex nunc sicut ex tunc ferimus in hiis scriptis. Datum Horburch anno domini M̄ CC̄ LXXXIX̄, v. kalend. decembris, pontificatus nostri anno septimo.

(S.)

## 30.

*Burggraf Meinher III. von Meissen urkundet, daß er die halbe Mühle (Thomasmühle), welche Burggraf Albero von Leisnig von ihm zu Lehn getragen und aufgelassen, den Klosterjungfrauen zu Leipzig zu Eigen übertragen hat.* [1289.]

20 Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiu Leipzig Kasten 84. Das etwas beschädigte S. des Burggrafen an Pergameustr. (vergl. Cod. dipl. Sax. reg. II. 4 Taf. I No. 5).  
Ann.: Vergl. No. 24.

Nos Meinherus dei gratia Misnensis burchravius notum facimus universis et presenti|bus protestamur, quod<sup>a)</sup> dimidium molendinum<sup>b)</sup>, quod burchravius Al[bero] de  
25 Lizenick a nobis in | feodo tenuit [et] in manus nostras resignavit, ecclesie †dominarum<sup>c)</sup>  
in Lipzk contulimus perpetuo | possidendum<sup>d)</sup>, volentes ut dicta ecclesia jam prefatum  
dimidium molendinum<sup>b)</sup> jure proprietatis possideat in futurum. Et ne eidem ecclesie in  
dictis bonis aliquod prejudicium in posterum valeat generari, ipsi in testimonium dari  
jussimus presens scriptum nostri sigilli munimine roboratum presentibus testibus infra  
30 annotatis<sup>e)</sup>, quorum hec sunt nomina, Petrus miles de Polenchick et Johannes miles de  
Luceniczk, Johannes de Lubenicz burgensis in Lipzk, Hen[ricus] de Lobene et alii  
quam plurimi fide digni.

(S.)

30. a) quot. b) mollendinum. c) om auf Rasur. d) posidendum. e) anotatis.